

serlo por la madre. Véase la L. 2, tit. 6, lib. 3 del F. R., y además véase las LL. 1 y 2, tit. 13, P. 4; y LL. 9, 10 y 12 de Toro, que son las LL. 5, 6 y 7, tit. 20, lib. 40 de la N. R.

LEX X. — Tacite intelligenda est conditio, ut videlicet duobus filiis legitimis naturalibus institutis, et uno alteri præmoriendi substituto, intelligatur tacita conditio, scilicet, si præmoriatur sine liberis, quia ipsi præferuntur: secus est extraneis institutis prædicto modo substitutis, quia etiam præmortuis liberis expulsis admittitur ad substitutionem superstes. Hoc dicit. Habuit ortum à l. cum avus, D. de cond. et demonstr.

(1) *Entiendese de derecho.* Sunt multæ conditiones, quæ tacite subintelligitur à jure, ut hic, et in l. hæc verba, D. de legat. 1. et in cap. quemadmodum, ubi gloss. 2. et etiam Joan. Andr. de jurejurand. et in l. cum quid, D. si certum petat. l. condiciones extrinsecus, D. de cond. et demonstr.

(2) *Alguno testador.* Sive pater, sive mater, ut dicit Gloss. in l. generaliter, §. cum autem, in verbo substituit, C. de institut. et ibi per omnes: Bartol. in l. cum avus, D. de cond. et demonstr. Unde in contractibus, qui celebrantur gratia utriusque, non procedet hujus legis dispositio, secundum Bald. in l. cum accutissimi, in fin. C. de fideicom. procederet tamen in donatione causa mortis, Gloss. in l. 1. C. de donat. causa mortis, et etiam in donatione inter vivos, quæ fieret gratia donatarii, secundum quod vult Decius in l. generaliter, C. de instit. et substituit.

(3) *Dos hijos.* Gratia exempli ponit; nam idem esset si plures haberet, vel unum tantum, ex identitate rationis, et probatur in l. cum accutissimi, C. de fideicommiss. et in dict. l. generaliter, §. cum autem. Ex ista tamen lege collige, quod loquitur, quando ascendens gravat descendentem fideicommissio universalis; non ergo procedit, quando frater gravat fratrem, seu transversalem institutum, secundum Alberic. Angel. et communiter Doct. post Jacob. de Aren. et Jacob. de Rave. in dict. §. cum autem, et est communis opinio, ut testatur Socinus in dict. l. cum avus, D. de cond. et demonstr. col. 1. et Decius consil. 433. Contrarium tamen dicit Barbat. in dict. l. cum accutissimi, per aliqua motiva, quibus respondet Socinus ubi supra, col. 2. Similiter neque procederet in uxore instituta gravata de restituendo, quæ decedat cum filiis communibus, per l. qui filium, §. Fabius, D. ad Trebell. vide Socin. in dict. l. cum avus, col. 5. vers. 3. inferitur: neque etiam habebit locum, quando parentes instituntur à filiis, secundum Bart. in dict. l. cum avus; et est communis opinio rejecta distinctione Angeli, in l. ex facto, §. si quis rogatus, D. ad Trebell. et procedit dicta communis opinio, sive decedat cum liberis pater, vel sine liberis, cum parente avo instituentis, concludit Socinus in dict. l. cum avus, col. 5. et quod ista lex dicit de filiis, idem dicit de aliis descendentibus, Gloss. in dict. §. cum autem, l. cum accutissimi, C. de fideicommiss.

(4) *O naturales.* Adde l. generaliter, §. cum autem, C. de instit. substit. et an procedant istæ leges, nedom in filio naturali gravato, verum etiam in nepote naturali vel pronepote; videtur dicendum, quod sic, cum militet eadem ratio, argum. l. fin. C. de natural. liber. ubi circa institutionem ex testamento, vel ab intestato, quod statuitur in filiis, habet locum in nepotibus naturalibus, ex dictæ legis extensione, et ita tenet Socin. in dict. l. cum avus, col. 23. vers. octavum corollarium. Sed queritur an istæ ll. procedant in filio adoptivis gravatis? Rayner. et Alberic. in dict. §. cum autem, tenent, quod non; eo quod majorem affectionem habet pater ad filium naturalem, quam ad adoptivum, et hanc opinionem approbat Alex. in l. ex facto, §. si quis rogatus, D. ad Trebell. non enim adoptivi dicuntur proprie filii, sed quidquid à patre habent, habere videntur ex mera liberalitate, ut in l. cum in adoptivis, cum ibi notatis, C. de adoption. ubi etiam dicit Angel. quod si statutum vult, quod filii non solvant gabelam de hereditate paterna, filii adoptivi solvere tenebuntur: contrarium tenet Cuman. in dict. l. cum avus, et Fulgo. in dict. §. cum autem. Socin. vero in dict. l. cum avus, col. 24. tenet primam opinionem, quando filii adoptivi fuerunt adoptati ab extraneo, eo quod non transeunt in familiam, seu potestatem adoptantis, ut in dict. l. cum in adoptivis. In adoptatis tamen ab ascendente naturali, cum transeant in familiam adoptantis, et in ejus potestatem, ut in dict. l. et etiam in filio arrogato, qui et ejus filii transeunt in familiam arrogantis, vult, quod habeant locum leges istæ, licet ultimo loco relinquat

cogitandum. Ego verò indistinctè adhærerem primæ opinioni, ex eo quia hoc casu, neque patria potestas, nec transitus in familiam consideratur, sed affectio naturalis, quæ non ita cadit in adoptivis, sicut in naturalibus: et quia non reperitur in jure talis extensio ad adoptivos, prout reperitur in naturalibus in dict. §. cum autem et hic: et licet ista lex Partitarum super his dicat: *Quier ambos fuessen legitimos*, non intelligas de legitimis adoptivis, sed de legitimis et naturalibus, prout istæ ll. Partitarum filios legitimos intelligunt, ut patet in l. 1. tit. 15. Part. 4. quando verò causa naturalis, et accidentalis concurreret in adoptivo gravato, prout est in adoptato ab ascendente, planè procederet istæ leges. Patet etiæ ex ista lege, quod non procederet ejus dispositio, si filii gravati essent spurii, secundum Alberic. et alios in dict. §. cum autem, nisi sint legitimi; cum per legitimationem jura filiorum legitimum consequantur, ut in authent. quid. mod. natural. eff. sui, cap. illud, l. fin. tit. 15. Part. 4. tenet Socin. quoad casum nostrum in dict. l. cum avus, col. 24. vers. inferitur ex præmissis.

(5) *Que muriesse primeramente.* Quid si hoc non fuit dictum, sed institutio descendens fuit facta in vita tantum et post mortem alter directo instituitur hæres, an procedet hujus legis dispositio? Videtur, quod non, per l. fin. C. de legat. et quia Joan. de Imol. in l. filio præterito, D. de injust. et rupt. dicit, quod ista lex est exorbitans, et ideo non extendenda; contrarium tamen tenet Socin. in dict. l. cum avus, col. 10. et 11. et ita refert fuisse consultum: vide ibi latè per eum. Nota etiam ex isto verbo legis, quod non procederet ista lex in gravato purè, scilicet, non adiciendo post mortem: et consonat in hoc ista lex cum communi opinione Doctor. contra quam videtur tenere Socin. in dict. l. cum avus, col. 12. et 13.

(6) *Los bienes del muerto.* Et sic loquitur ista lex in substitutione universalis: dicit tamen idem esse in relictis particularibus factis filiis, si gravantur de restituendo post mortem, ut est casus in dict. l. generaliter, §. cum autem, vers. quæ omnia, C. de instit. et substituit. et procedit, sive filius fuit universaliter institutus, vel in quota, et gravatus de re certa restituenda; sive ei erat relicta certa res vel quantitas, et gravetur post mortem de ea restituenda, secundum Bald. in l. cum accutissimi, C. de fideicommiss. col. 1. de quo vide Socin. in dict. l. cum avus, col. 13. et 14. cum seq. et per Decium in dict. §. cum autem, vers. 4. limitatur, ubi vult, quod quando institutus universaliter gravatur in re certa post mortem, non habet locum dispositio illius §. cum autem, in fin. et tenuit Alberic. in dict. l. cum accutissimi, C. de fideicommiss. Et hoc satis placet, maxime cum ista lex Partitarum non loquatur in legatis particularibus, sed in successione universalis; et quod habetur in dict. §. cum autem, in fin. restringendum est ad proprium casum in quo loquitur, scilicet in legatis particularibus, ipsis filiis gravatis relictis.

(7) *Que muriesse.* Loquitur de filio instituto gravato moriente; non enim procederet ista lex, quando non ipse filius oneraretur, sed alius tertius gravaretur à testatore post mortem filii, ut in l. qui filium §. Fabius, D. ad Trebell. et ibi Bart. Angel. et Joan. de Imol. Quid tamen si sit bannitus? Bald. in l. cum accutissimi, col. fin. C. de fideicommiss. dicit, quod adhuc non esset locus fideicommissio, et quod in hoc casu filii ejus excluderent substitutum, etsi peteret sibi caveri de fideicommissio restituendo; quæ quodammodo est in medio, illa cautio non potest præstari. Ita tamen, §. 1. D. ad Trebell.

(8) *De xasse hijos.* Non exprimit, an naturales et legitimos, vel naturales tantum, et sic videtur velle, quod etsi decedat cum filiis naturalibus tantum, excludant illi substitutum, sicut et habetur in l. ex facto, §. si quis rogatus, et l. D. ad Trebell. unde hic probatur, quod etiam si filius naturalis sit ille, qui fuit gravatus fideicommissio, qui decedat cum filio naturali, talis filius excludit substitutum; cuius contrarium probari videtur in dict. l. generaliter, §. cum autem, C. de institut. et substituit. et ita ibi Doctor. magis communiter intelligunt illum textum, ut requiratur tali casu ad excludendum substitutum datum filio naturali, quod debeant extare filii legitimi, et naturales ex naturali: et ad §. si quis rogatus, respondent, quod procedat, quando illa conditio, si sine liberis decesserit, fuit expressa à testatore; dictus §. cum autem, intelligatur, quando talis conditio fuit à lege tacite subintellecta, quæ fuit tertio solutio Glossæ in dict. §. cum autem, in parte sobole, in fin. Sed Bart. ibi tenet primam solutionem Glossæ ibi, scilicet, quod dictus §. cum autem, quatenus dicit de justa sobole, intelligatur secundum distinctionem positam in dict. §. si quis rogatus, et sic, quod nihil novi inducatur in hoc per

dictum §. cum autem: et ista opinio fuit Azo. et idem tenet Bart. in dict. §. si quis rogatus, et tenent etiam Angel. et Joann. de Imol. qui dicunt istam communem opinionem, et idem dicit Alexand. et Decius in istam partem inclinari in dict. §. cum autem; sed revera communior est opinio primò posita, quæ fuit tertia dictæ glossæ, quam etiam dicit verissimam Socin. in dict. l. cum avus, col. 29. Tenenda est opinio Bartoli per istam legem Partitarum, quæ declarat verba dicti §. cum autem, dum dicit sine justa sobole, ut isto casu intelligatur secundum subjectam materiam, ut etiam naturales comprehendantur, et spurii solum excludantur secundum jura antiqua, nam justa dicitur, id est legitima, l. 5. §. de illo, D. pro socio, l. si uxor, in princ. D. de adulter. et naturales filii in excludendo substitutum dicuntur legitimi, ut in dict. §. si quis rogatus.

An autem filii excludant ecclesiam, seu piam causam substitutam? Videtur dicendum, quòd sic, ex quo excludunt conjunctum patrum filium testatoris, ut hic habetur, et in dict. l. cum avus, et ex quo filium prætulit ecclesie, continuata affectione censetur voluisse præferre omnem ejus posteritatem; tenet Bald. in dict. l. cum accutissimi, col. 1. et ibi etiam Paul. de Castr. circa fin.: et istud teneas, quidquid in contrarium tenerit Barbat. in comment. dict. l. cum accutissimi, et Jason. in dict. §. cum autem, quorum fundamentis latè respondet Socin. in dict. l. cum avus, col. 19. et 20. et Decius in dict. l. generaliter, col. 5. Vide tamen, quæ adducit Felin. in cap. Ecclesia S. Marie, col. 58. de constit. ubi referens consilium Anchar. limitat, nisi filii ex hoc non depauperarentur.

Item, quid si gravatus ingressus est religionem, an monasterium habeatur loco filii, et sic excludat substitutum? Bald. in dict. l. cum accutissimi, col. fin. C. de fideicommiss. distinguit, an ingrediatur religionem Minorum fratrum, qui sunt incapaces hæreditatis, et tunc non excludatur substitutus; si verò ingrediatur aliam religionem capacem, excludatur: vide de hoc per Joan. Baptist. de S. Sever. in repet. dict. l. generaliter, §. cum autem, quæst. 7. et per Socinum in dict. l. cum avus, 9. quæst. Adverte etiam, quòd in casu hujus legis, quando est gravatus restituere alteri filio testatoris, nullo casu excluditur substitutus, ut probatur hoc per casum in authent. de sanctis. Episc. §. sed hoc præsentia, collat. 9. ubi monasterium non facit deficere conditionem, de qua ibi, quando contendit cum alio monasterio substituto, ut dicit etiam Gloss. in cap. in præsentia, de probat. igitur idem erit dicendum, si contendat cum alio filio testatoris substituto, quia non est minoris favoris, sed similis, et fortioris, dum dilectio major videatur in filiis, quos testator cognovit, quam in nepotibus, quos non cognovit, et ita in facto consuluit, et obtinuit Maria. Socin. ut refert ejus filius in dict. l. cum avus, col. 19. et in 9. quæst. ad fin. quod si esset verum, esset singulariter notandum; sed cave, quia ista lex destruit istud dictum, nam in ea filius erat gravatus restituere fratri suo, et tamen adhuc habet locum instar tacita conjecturata conditio, ut nepotes ex filio præmortuo gravato excludat patrum filium testatoris, et idem probatur in textu dictæ l. cum avus, ubi patruus non excludit pronepote nepotis gravati; ideo intellige dictum Socin. quando institueretur filius, et gravaretur de restituendo uni filio ejusdem gravati, quia tunc alii fratres illius filii non possent ex conjecturata mente avocare fideicommissum, quia sunt in pari gradu: et sic procedit fundamentum Socini, dum arguit de monasterio: et ubi est expressa voluntas de restituendo uni nepoti, cessat conjecturata contra mentem expressè.

An autem filii adoptivi, quos reliquit gravatus, excludant substitutum, dic, quod non, quia esset in potestate gravati adoptando filium excludere substitutum; quod in filio naturali non potest dici, cum non tantum ab ejus voluntate, sed à Dei dono sibi agnascatur, et quia liberi adoptivi non sunt in consideratione in præjudicium substituti, l. fideicommissum, D. de condit. et demonstr. l. si ita quis, §. fin. D. de legat. 2. Angel. in dict. §. cum autem, Socinus in dict. l. cum avus, col. 24. et Decius in dict. §. cum autem, vers. 7. ista lex. Et quod hic dicitur, quando reliquit nepotes, vel pronepotes, seu alios ulteriores descendentes, ut probatur in dict. §. cum autem, et in dict. l. cum accutissimi, et tradit Socin. in dict. l. cum avus, col. 17. Procedit etiam ista lex, sive filii sint masculi, sive feminae, seu nepotes ex femina, l. si quis ita, in princ. D. de testam. tutel. Bart. plenè in l. 1. C. de verb. signific. l. 1. C. de condit. insert. Si tamen testator expresserat in conditione qualitatem masculinitatis, tunc deficientibus masculis, propter feminas non excluderetur substitutus, ut dicit Bart. in dict. l. cum avus, 4. quæst. et ejus opinio tenetur com-

munitè, et à nullo reprobat, ut attestatur Socin. in dict. l. cum avus, chart. 9. col. 2. et circa hoc, vide eundem Socin. ibi chart. 10. col. 4. cum seq. Procedit etiam hæc lex, sive filii sint nati, sive nascituri tempore conditionis, secundum Rapha. Cuma. in dict. l. cum avus, et videtur de mente Bart. ibi 3. quæst. et tenent aliqui moderni in dict. §. cum autem, prout est Joann. Bapt. de S. Sever. qui latè ibi istam questionem examinavit; et in hanc sententiam inclinat Socin. in dict. l. cum avus, fol. 9. col. 5. et 4. et seq. Et istud videtur tenendum, licet contrarium tenuerit Ludov. Roma. consil. 370. in proposita consultatione, cui videntur adhærere Jason. et Decius in dict. §. cum autem, et pro ista opinione Rapha. multum confert ista lex Partitarum, quæ indistinctè excludit substitutum per liberos gravati, si extant, et signanter cum dicitur: *Esto es, porque siempre se entiende por derecho, maguer el padre non lo diga paladinamente, que muriendo el vno, e dexando hijos, que el otro hermano que finca vivo, no deve heredar lo suyo.* Ponderandum est verbum semper et sic intelligit, sive filii sint jam nati, sive nascituri; nam ista dictio semper importat, quod idem sit in omni casu, et in omni tempore, ut dicit glossa notabilis in verbo semper, in l. 1. D. solut. matrim.

Quid tamen si iste gravatus decedat cum filiis, qui tamen sunt incapaces, ut quia sunt deportati, vel damnati, in metallum, an tales filii faciant deficere fideicommissum? Dic, ut per Bart. in l. filiusfamilias, §. cum quis, D. de legat. 1. Adverte etiam, quia sufficit liberis extare, etsi non sint hæredes, quia nolunt adire paternam hæreditatem, vel fuerunt exheredati, ut in dict. §. cum quis; de hoc tamen vide, quæ infra statim dicat in glossa, quæ incipit: *Lo deuen auer.* Nota etiam, quòd etsi filii isti præmature habeantur à minore 14. annis viripotente, quòd etiam isti non tantum facient cessare substitutionem fideicommissariam, de qua hic, et in dictis iuribus: sed etiam pupillarem, Bart. in l. Gallus, §. etiam si parente, D. de liber. et posthum. et idem Bart. et Apostil. in l. in pupillari, final. verb. D. de vulg. et pupill. Idem est, si talis pupillus relinquat uxorem pregnantem, nam talis posthumus ex eo, faciet cessare pupillarem substitutionem, ut notanter tenet Bald. in l. neque ei, D. de adopt. ibi dum dicit: Item si malitia supplet ætatem, et acciperet uxorem, et conciperet, argum. l. ex facto, D. de vulg. et pupill. licet tantum ipse loquatur de extinctione pupillaris substitutionis. Nota etiam istum textum in quantum dicit, *de xasse hijos*, quia vult, quòd non sufficiat habuisse liberos, si decesserunt ante mortem gravati, ut est casus singularis in l. ex facto, §. penult. D. ad Trebell. Requiritur ergo, quòd extant tempore mortis ejus, et hoc sufficere, licet postea moriantur, ut excludatur substitutus, ut probatur in dict. §. penult. et habetur in cap. Raynulfus, de testam. et in cap. in præsentia, de probat. l. cum uxori, C. quando dies legat. ced. Item intellige istam legem in filiis, qui nascuntur non monstruosi, et tendentes ad prodigium, nam illi, etsi vivi nascantur non faciunt deficere conditionem, l. non sunt liberi, D. de statu homin. Similiter intellige, quando tales filii perfecte nascuntur, nam si in actu natiuitatis moriantur, puta, dum fuit totus extractus præter unum pedem, secus esset, l. quod dicitur, D. de liber. et posth. l. penult. et ibi Alber. Bald. et alii C. de posthum. hæred. instit. Si tamen inciso aliquo perfecto membro nasceretur vivus, tunc ille excluderet substitutum, sicut accidit in eo, qui sine aliquo membro perfecto nasceretur, quia est perfectus homo, ut adducit Socin. post Joan. de Monte. Spere. in dict. l. cum avus, chart. penult. col. 2. Intellige etiam de nato ex partu, qui vivere possit; secus si sit quinque, vel sex mensium, quia non est perfectè natus, ut in dict. l. penult. Socinus ubi supra, ubi refert se in hoc consuluisse. Vide etiam super his de jure regii l. 13. Tauri, quæ est lex notabilis.

(9) *Los bienes de su padre.* Ex hoc verbo patet, quòd loquitur ista lex in substitutione fideicommissaria, quia non sequuta aditione, vel immixtione non dicerentur bona patris, qui fuit gravatus, sed primi testatoris, qui gravavit, argument. l. post aditam, C. de impuber. et aliis substit. ex quo videtur inferri, quod ista lex et similes non procederent in substitutione directa vulgari, et ita dicit Alberic. in dict. l. generaliter, §. cum autem, ubi Glossa in verbo substituit, videtur hoc velle: et hanc dicit esse communem opinionem Socinus in dict. l. cum avus, col. 7. ubi etiam notabiliter dicit hoc debere intelligi, et limitari, nisi essemus in casu, in quo institutus filius transmitteret jus adeundi ad nepotes; nam licet aliàs sit magna dubitatio, numquid ille, qui admittitur ex vulgari substitutione, excludat illum, qui venit per jus adeundi transmissum, de quo per Bart. et Doctores in l.



tamen interitu, argumen. l. fin. D. de divers. et temporal. præscript. l. Pomponius, §. cum quis, D. acquir. poss. Item hoc supplementum fit dupliciter, verè scilicet, per accessionem quantitatis ad quantitatem vel speciem, vel speciei ad quantitatem vel speciem, ut loquitur lex omnimodo, et interpretabitur per amotionem conditionis adjectæ institutioni factæ ex legitima, vel modi, vel dilationis, vel alterius cuiuscumque gravaminis capiendi; tamen modus non mutatur, sed representatur, argum. l. hæred. D. de hæred. instit. unde si quis advertat ad legem scimus, §. cum autem, legitima, quæ ibi representatur, non spectata die universali fideicommissio adjecta, non capitur jure directo, sed jure fideicommissi, et per restitutionem de manu hæredis faciendam, ut ibi dicit littera, dum subdit, quartæ quidem partis restitutionem, etc. et sic non mutatur capiendi modus, neque primus interimitur, sed in proposito per amotionem conditionis adjectæ de pupillari substitutione, non solum succedendi modus representatur, sed gradus ipse perimitur, l. fin. §. 1. ibi: sed si extiterit conditio, D. de vulg. et pupill. ut hæc, et alia in isto proposito adducit Oldral. ubi suprâ. Confirmatur hoc, quia illud, quod dicitur, quod testamentum potest incipere à tacita vulgari contenta in expressa pupillari, et si filius succedat ex tali tacita vulgari, satis dicitur institutus, ut probatur in l. si pater filium, et ibi Bart. D. de vulg. et pupill. tamen hoc procedit, secundum terminos dictæ l. si pater filium, scilicet, quando filius nasciturus, qui fuit filio jam nato substitutus, invenit tempore, quo nascitur, purificatam conditionem, sub qua est substitutus, quia tunc non potest dici præteritus, per l. cum posthumus, D. de liber. et posthum. non ergo procedet, quando filius aliquo tempore reperiretur præteritus à primo gradu, conditione non purificata. Sed quidquid dicat Oldral. qui in hoc adheret dictis antiquorum in questione illa, an conditio casualis, vel mixta, sub qua filius fuit substitutus, rejiciatur de legitima, juxta notata per Doctor. in l. si pater, C. de institut. et subst. et in l. suus quoque, in princ. D. de hæred. inst. et in dict. l. quoniam in prioribus: pro eo, quod prius dixi, videtur casus in dict. §. cum autem, ex cuius decisione infertur, quod cum hodie legitima debeat relinqui filio titulo institutionis, secundum jura Authenticarum, et istarum l. Partitarum, si filius substituitur in eventum alicujus conditionis alteri hæredi instituto, rejecta conditione concurrere debet cum instituto, prout habetur in dict. §. cum autem.

(3) El fijo. Idem dic in nepote, vel pronepote primum locum obtinente, ut probatur in dict. l. omnimodo, et dict. l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testam. ubi vide Roderic. 4. ampliacione: et idem dic de ascendentibus, et patronis, et etiam in fratribus, quando turpis persona hæres instituitur ab eo; nam isti etiam non possunt gravari in legitima, ut dicit Glossa notabilis in authent. de hæredib. et Falcid. §. si vero expressum, collat. 1. in glossa l. 1. Pacovius, §. fin. D. si quis à parent. fuer. manum. vide etiam per Roderic. in dict. l. quoniam in prioribus, 56. ampliacione, et probatur optimè in l. 6. in Ordnam. Tauri.

(4) Que es en poder. Probatur ergo hic, quod in legitima quæcumque conditio potestativa, etiamsi sit facilis, rejicitur de legitima, substantatur verò in residuo ultra legitimam, undè et illa conditio, si volet, rejicitur de legitima, ut hic, tenet Bald. in dict. l. quoniam in prioribus, Joan. de Imol. in l. fin. D. de condit. institut. et in l. jam dubitari, col. 7. D. de hæred. instituend. et Roderic. in dict. l. quoniam in prioribus, 5. et 6. ampliacione.

(5) Non empecen al fijo. De hoc vide Roderic. ubi suprâ, 2. ampliacione, qui legem istam intelligit quando solus iste filius erat hæres institutus, ne obstet l. scimus, §. cum autem, C. de inoffic. testam. cui addit Paul. de Castro in l. suus quoque, in princ. col. 2. D. de hæred. instit. ubi in isto casu querit, rejecta conditione de legitima, quid erit de residuo, et respondet, quod si non habebit cohæredem, vel substitutum, totum sibi accrescit; quoniam in omnem eventum est illud habiturus, sive deficiat conditio, sive non: si tamen habebit cohæredem, vel substitutum, expectabitur eventus conditionis, quæ si non existat, illud residuum perveniet ad cohæredem vel substitutum; si tamen existat, accrescit sibi sine nova additione, sicut videmus in eo, qui est substitutus partim purè, partim sub conditione, ut D. de hæred. instit. l. liber homo, §. Titius ex semise, et licet Roder. Suar. post multa ita velit intelligi istam legem Partitæ, semper tamen visus est remanere cum aliquo scrupulo erga intellectum verum hujus legis, subdens se non determinatè asserere, sed ut peritiori daret occasionem, aut probandi, aut corrigendi, di-

cens hoc esse magnæ importantiæ in practica. Ego verò, licet imperitus, cogitabam istum intellectum non convenire huic legi Partitarum: tum quia divinatorius, cum in hac lege nulla mentio fit, quod habuerit filius cohæredem, vel substitutum, vel quod non habuerit; tum etiam quia ista lex juxta l. suus quoque, et alias leges juris communis, facit differentiam, an filius instituitur sub conditione potestativa, an sub casuali, vel mixta; ut primo casu rejecta conditione potestativa de legitima, juxta dictam l. quoniam in prioribus, et istam legem, teneat institutio conditionalis in residuo, et expectetur conditio. Secundo verò casu non solum rejiciatur conditio de legitima, sed neque etiam respectu residui expectetur; et si tota ista lex intelligi deberet, quando non fuit datus cohæres vel substitutus, dicendum esset, nullam in utraque conditione faciendam esse differentiam, quia utroque casu non esset expectandus conditionis eventus, cum in omnem eventum illud esset habiturus. Restat ergò, quod ut ista differentia inter conditionem potestativam, et inter casualem, vel mixtam possit hic applicari, de necessitate debemus intelligere, quod fuerit datus in ista lege substitutus vel cohæres, et tunc versatur labor in respondendo ad dictam l. scimus, §. cum autem, ubi habetur, quod in residuo ultra legitimam, non rejicitur conditio casualis, vel mixta: fortè posset non improbabiler dici, quod cum ille §. cum autem, quatenus innuit, quod legitima possit filio relinqui titulo fideicommissi, sicut et aliæ l. illius tituli disposerunt, ut habetur in l. omnimodo, eod. tit. sit correctus per jus Authenticarum ex mente Doctor. ibi, cum legitima hodie relinqui debeat titulo institutionis, ut in authent. ut cum, de appellat. cognos. cap. aliud quoque capitulum, collat. 8. et in l. 5. tit. 8. infra ead. Part. per quæ jura reditur ad antiquas l. secundum quas filius institui non poterat sub conditione casuali, vel mixta; et licet dictus §. cum autem sit incorrectus, quatenus etiam disponit, quod conditio casualis, vel mixta rejiciatur de legitima, et testamentum teneat, ut in l. 9. suprâ eod. et ibi dixi, tamen non potest negari, quin in legitima simul, et in residuo legitime pater hodie non potest filium instituere sub conditione casuali, vel mixta, sicut erat per l. antiquas ante l. Codicis. Si ergò institutio peccet in forma, ut si fiat sub conditione casuali, vel mixta, rejecta conditione tenet testamentum, et eventus talis conditionis, etiam dato cohærede vel substituto, non expectabitur: et quod per dictas l. antiquas disponebatur, ut filius taliter institutus posset dicere testamentum nullum, hodie per istas l. Partitarum, licet hoc non possit dicere, et testamentum teneat, tamen dicere poterit filius, conditionem talem sibi non potuisse apponi, et ejus eventum nullatenus esse expectandum. Oporteret ergo patrem esse cautum, ut filium instituat in legitima, vel parte legitime purè, non sub conditione casuali vel mixta, vel in residuo instituat alium, vel si instituat filium in omnibus bonis, gravet, si velit, ut alteri restituit residuum purè, vel sub conditione; et similiter poterit filium instituere in legitima, et in residuo sub conditione casuali vel mixta, dato sibi cohærede, vel substituto, ut hæc omnia probantur in dict. l. 5. tit. 8. infra ead. Partit. Si autem filium institueret sub conditione casuali, vel mixta, tam in residuo, quam in legitima, vel simpliciter, tunc procederet hujus legis dispositio, etiam dato sibi cohærede, vel substituto: et fortè idem esset dicendum attentis l. juris communis, et sic quòd non procedant dicta Pauli de Castro in dict. l. suus quoque, et Cyn. in l. si pater, C. de institut. et sic quòd in hoc lex ista Partitarum non corrigat jus commune, sed declaret; nam supposito quòd talis conditio rejicitur de legitima, et testamentum tenet, secundum Bart. et Doctor. ut dixi in dict. l. 9. suprâ eod. erat necessaria declaratio, quid erat faciendum de residuo, quod non reperitur declaratum de jure communi, et ista lex Partitæ declarat; neque obstabit l. si te solum, et l. si quis ita scripserit. D. de hæred. instituend. quia loquuntur in casu, in quo nullum peccatum fuit in forma institutionis, et ibi etiam extraneus est ille, qui instituitur, non filius, ut hoc casu: præterea et in istis legibus, et in dict. l. liber homo, §. Titius, institutio fuit pro parte pura, et in parte conditionalis, et nullum, ut dixi, fuit peccatum in forma; in institutione verò filii aliter sit etiam de jure communi dicendum, quod ista lex Partitarum optimè declarat. In conditione verò potestativa rectè distinguitur, habuerit filius in residuo legitime cohæredem, vel substitutum, vel non, quia institutio non peccat in forma; et in tali conditione loquitur Joan. de Imol. relatus à Roder. in l. jam dubitari, 7. column. D. de hæred. instit. vers. et hæc opinio tutior videtur, intelligendo, eam sanè, etc. et non in conditione casuali, vel mixta: con-

firmantur ista auctoritate insignis Doct. Anton. de But. consil. 69. incipit, visis actibus et juribus, ubi vult, quòd dictus §. cum autem, nihil de jure antiquo immutet, quando filius habet jure institutionis: cum ergò per l. antiquas filius institutus sub conditione casuali, vel mixta habebat totam hæreditatem, neque curabatur in aliquo de talibus conditionibus, etiam in residuo ultra legitimam, etiamsi daretur sibi cohæres, vel substitutus, idem erit etiam hodie dicendum; nec obstavit §. cum autem, qui loquitur secundum jura Codicis, secundum quæ sufficiebat quoquo relictus titulo legitimam filio relinqui absque honorabili titulo institutionis; et videtur ad confirmationem prædictorum, quòd hæc lex approbare voluit opinionem Oldral. in dict. l. quoniam in prioribus, quam ibi refert Alber. col. 4. vers. vel posses dicere, quatenus dicit, quòd etiamsi filius instituitur sub conditione casuali, vel mixta in legitima, et ultra legitimam, quòd ut legitima manere debeat integra filio, tales conditiones removeantur, seu habentur pro non appositis.

LEY XII.—Como aquel que es establecido por heredero sin condicion ninguna, puede entrar la herencia, maguer la condicion que es puesta a su compañero, non sea cumplida.

Si el testador (1) estableciere a dos omes por herederos, al vno so condicion que puede ser (2), e al otro simplemente, este atal a quien non fuesse puesta condicion, luego que sea muerto el testador, puede entrar en sus bienes, en aquella parte en que le establecieron por heredero; e el otro que es establecido con la condicion sobredicha, non puede entrar (3) en la su parte, a menos de ser cumplida (4) primeramente la condicion, so que fue establecido por heredero.

LEY XII.—Uno hærede in parte purè, alio in alia sub possibili conditione institutus, primò institutus potest statim post mortem testantis suam partem agnoscere; alius autem non, donec conditio impleatur. Hoc dicit.

(1) Si el testador. Adde ad istam legem l. liber. homo §. si ita scriptum, D. de hæred. instituend.

(2) Que puede ser. Dic ut suprâ eod. l. 1.

(3) Non puede entrar. Adde l. si is, qui hæres. D. de acquir. hæred. et limita, ut in l. si quis instituat, D. de hæred. instituend. in princ. et in §. 1. et l. 2. §. si sub conditione, D. de honor. posses. secund. tabul.

(4) Cumplida. Et si tempus non sit adjectum, quando conditio impleti debeat, pareo conditioni, quando voluerit, secundum Azo. C. de condit. insert. in summ. col. 2. vers. et siquidem, ubi respondet ad legem hæc conditio, quæ contradicere videtur, D. de condit. et demonstrat. adde Bald. in l. si pater, col. fin. C. de institut. et substitut. vers. quintò queritur; si verò tempus sit adjectum, infra illud tempus parere debeo, et computatur tempus à die aditæ hæreditatis, non autem à morte testatoris, ut D. de condit. et demonstrat. l. si in diem.

LEY XIII.—Como denen ser cumplidas las condiciones, que son puestas en los establecimientos de los herederos ayuntadamente, o so departimiento.

Ponen los testadores a las vegadas muchas condiciones a los herederos ayuntadamente; a las vegadas las ponen so departimiento. E ayuntadamente pueden ser puestas en esta manera, como si dixesse el testador: Establezco a fulano por mio heredero, si fiziere tal Iglesia, o tal Ospital, e diere tantos maravedis a pobres. Quando el testador pone tales condiciones (1) como estas, o otras semejantes dellas, todas en vno, estonce conuiene en todas guisas que las cumpla el heredero, para valer tal establecimiento. E el ayuntamiento destas condiciones se faze por esta palabra, e (2). E las condiciones puede ser puestas departidamente en esta

manera, como si dixesse el testador: Establezco por mi heredero a fulano, si diere cient maravedis por mi anima, o si fiziere tal Iglesia, o tal Monasterio. E estonce dezimos, que abonda para valer tal establecimiento, si el heredero cumple alguna dellas (3). E el departimiento destas condiciones se faze por esta palabra, o. Otrosi dezimos, que si el testador pone vna condicion, sobre muchos omes que estableciesse por sus herederos; si qualquier dellos cumple (4) la condicion, valdra el establecimiento, maguer todos non lo cumplan. E esto seria, como si dixesse el testador: Establezco a mis sieruos (a) por mis herederos, si fueren suyos todos, si acaesciere que lo sea el vno (5), aquel heredera los bienes del testador, que era suyo a la sazón.

(a) Respecto á la esclavitud puede verse nuestra nota 1.ª á la L. 6 de este título.

LEY XIII.—Pluribus conditionibus conjunctim appositis hæredi, omes adimpleri debent, aliàs testamentum erit invalidum: sed si disjunctivè ponantur, sufficit unam impleri. Hoc dicit.

(1) Tales condiciones. Ex hoc sume, quòd condiciones plures debent esse tendentes ad diversa implementa, et diversum finem, attendente testatoris, qui utramque conditionem voluit adimpleri, nec ejus mens, et intentio verificatur, una tantum conditione impleta: secus namque esset, si plures condiciones etiam copulativè positæ, tenderent ad unum finem, et qualibet earum impleta verificaretur, et impleteretur, quòd ex earum implemento pretendebat testator, nam tunc sufficeret cujuslibet earum implementum, veluti si testator dicat, si ille mortuus sit sine liberis, et presbyter fuerit, talis sit hæres, vel talem substituo, nam tunc cum meus testatoris fuerit providere de substituto propter carentiam liberorum, quæ ita inducitur ex presbyterato, sicut ex morte sine liberis, sufficeret conditionem prebyteratus extare, ut latè consuluit Alexand. consil. 100. vol. 4. incipiente, Visa parte testamenti, etc. tali enim casu in effectu ex morte testatoris ambæ condiciones sunt purificatæ; et quòd hic dicitur in institutione, idem dicas in substitutione, si plures condiciones in ea copulativè ponantur, cum et substitutio sit secunda institutio; et ita in substitutione consuluit Petrus de Anchar. consil. 266. incip. iste Magister Gerardus, et Ludov. Roma. consil. 151. prima dubitatio, etc. et consil. 158. nova supervenit, Decius consil. 89. et cons. 417. visis consiliis clarissimor. Doctor. etc.

(2) Esta palabra, e. Et an substitutio vulgaris facta duobus copulativè habeat locum in personam unius, vel intelligatur in persona utrisque; vide Bartol. et Deci. in l. quamvis, C. de impub. et aliis subst. et adde ad istam legem l. 24. et ibi dixi, tit. 11. 3. Part. Sita men non esset una institutio sub duabus conditionibus copulativè positis, sed sint duæ, vel plures institutiones ejusdem personæ, eodem contextu factæ, tunc purificabitur institutio ex illa conditione, quæ prius evenerit, ut in dict. l. si plures, D. de cond. inst. si verò ex intervallo facta fuerit secunda institutio in eadem proportione sub diversa conditione, tunc videtur recessum à prima, et purificabitur existente conditione secundo loco posita, l. quòd traditum, et l. non ad ea, D. de cond. et demons. secundum Paul. de Cast. in dict. l. si plures; Gloss. tamen et Bartol. volunt, quòd fiat hoc ultimo casu differentia inter legata, et institutiones: vide ibi, et in opinionem Glossa et Bart. inclinat Joan. Fab. in §. si plures, Inst. de hæred. inst.

(3) Alguna dellas. Sufficit enim ad veritatem disjunctivæ alteram esse veram, ut hic, et in l. si hæredi plures, D. eod. et in §. si plures, Inst. de hæred. inst. quod limita, nisi aliud esset de mente testantis, ut in l. generaliter, in princip. C. de inst. et subst. cuius legis dispositio, su procederet, si daretur capacitas in instituto, vide per Roderic. sua allegat. 27. ubi latè conatur probare, quod non, et de illius legis intellectu, ultra Doctor. ibi, vide alegans consilium Socin. 52. col. 1.

(4) Qualquier dellos cumple. Et sic habes hic, et in l. 2. §. fin. D. eod. quòd una pluralitas geminat plures singularitates, ubi pluralitas